



# Adversus furiosum Parisiensium theologastrorum decretum,

<https://hdl.handle.net/1874/428927>

6  
S  
**A**DVERSVS FVRIOSVM PA  
RISIENSIVM THEOLOGA  
STRORVM DECRETVM,  
Philippi Melanthonis pro Luthe  
ro Apologia,



AUDIENSAS FABRIOSAN HA  
BISINSIAM THEOTOGA  
GREGORIUM DECRETUM  
Papalissimis legibus Iudicante  
Ad V. p. o. e.



**V**ide Christiane lector, quę Theologorū motis strigunt Europa: Superiore anno Euangelium damnarunt Colonienses ac Louanienses Sophistę, propulsis quibusdam nudis sententijs, nec rationibus, nec scriptura confirmatis. Horum insaniam vicere nūc nō diffimili exemplo, quicunq; tandem sunt, qui Parisij Lutetum damnarūt. A dduci ēm non possum, vt credam rem cōmunitib; totius ordī theologici suffragijs actam esse. Nam præterquam quod illic pauciora reprobata sunt, quanto durius hic & immitius tractatur Lutherus. Primum adscripta est Epistola cruenta, deinde adiecta sunt adnotaciones in singulas Lutheri sententias, & impia & atroces. Pleraq; huius etiam sinistre detorta sunt. Et vel hinc etiam potest colligi, qui spiritus, quæ intemperie agant decreti huiusautores, qn̄ spiritus dei nihil non facit candide. In vniuersum eiusmodi liber est, qualem Lutetiae scribi posse nemo facile crederet, siquidem ita vulgo persuasum est, in ea schola, velut in arce quadam regnare Christianas literas. Necq; negari potest, inde prodisse olim grauissimos homines, adeoq; proximo seculo Germanem illum, plenū vt adparet Christiani spiritus. τὸν παροιμίαν, παλαιόν τοτέ καρκασμόν μιλάσσον. Atq; illi si nūc reuiuiscerent, hos iudices, qcunq; sunt, degenerem posteritatē, putas agnoscerent? Nequaq; sed deplorarēt tum scholæ, tum totius reip. Christianę sortem, in qua p Theologis Sophistas, pro Christianis doctoribus calumniatores regnare uiderent. Agnoscerentq; id esse tempus, quod apud Hieremiam Ecclesia deplorat his ybis, Abstulit oēs magnificos meos dñs de medio mei, uocauit aduersum me ipsi, vt cōtereret electos meos. Qz qz ubi rem proprius cōsidero, uidet Lutetia nō peccare nunc primū, sed iā olim ineptire, cū eccl̄iastica doctrina humauis disputationibus viciata, philosophari cœpit. Constat ēm natā esse Lutetiae pphana illā scholasticē, quā theologia vocari uolunt, qd admissa, nihil salutii reliquū est eccl̄ie

Eūgeliū obscuratum est, fides extīcta, recepta ope  
rum doctrina, & pro Christiano populo, ne legis qđem  
sed moralium Aristotelis populus sumus, & ex Christia  
nismo contra omnem sensum spiritus, facta est quadam  
philosophica viuendi ratio. Quidam contingat vobis  
spiritualibus oculis cernere, quid Ecclesiae damni de  
derit vestra illa, apud vos & nata, & exculta scholasti  
ca, quam a vobis acceperunt, quasi per manus reliq; Eu  
ropę gymnasia. Oportuit enim idolis terram repleri. Et  
vel articuli vestri testantur, quam pertinaciter inde usq;  
ab ortu scholasticę philosophati sitis, in quibus quā pau  
ci sunt qui ad pietatem pertinent? Quorsum enim hæc?  
Ego currit, esse absurdam orationem. & interesse, nescio  
quid, inter has orationes, Cuiuslibet hominis alius cur  
rit, & Alius cuiuslibet hominis currit. Digna videlicet  
Christiano gymnasio dogmata. Iam & palam decretum  
est philosophicas disciplinas esse ad pietatem necessari  
as, qui articulus a quo spiritu profectus sit non videmus:  
nempe ab eo, qui Eūgeliū obscurari voluit humanis  
disciplinis. Et huic ut successerit conatus, non est obscu  
rum. Nam quæ schola usq; docuit pure sacras literas:  
Parisiaca vero cum hactenus tot annos philosophetur,  
his temporibus non iam philosophatur, sed nugatur tan  
tum de paruis logicalibus. Quid enim nugacius Verso  
re, Tartareto, & reliquis huius farinæ scriptoribus: qua  
les hoc seculo pene innumerabiles tulerit Lutetia. Vidi Io  
hannis Majoris cōmentarios (de morib; hominis non iu  
dico) in sententias Longobardicas, quem nunc inter Lu  
tetia Theologos regnare aiunt. Bone deus, quæ plaustra  
nugarum: Quot paginis disputat, vtrum ad equitandum  
requiratur equus: num salsum mare a deo cōditum sit:  
vt interim præterea, quā multa impie scripsérit de vo  
luntatis libertate, nam eo loco non modo a scriptura, sed  
& ab omnibus pariter scholasticis uariat. Et cum tales  
sint Parisi, non est quod misteris lector, cur parum ppit

3.

etiam sint Lutheri. Nihil quondam æquiores erant Ger-  
soni suo, viro per omnia magno, cum saniores essent Lu-  
tetiae scholæ. Nunc quid fieret, cū omnia plena sunt So-  
phisticis fucis? Compertum autem habeo, esse ibi etiam  
quibus non displicer Lutherus, sed ita evenire solet non  
modo in sacris, sed & ciuitibus negotijs, maxime vero  
in sacris, ut & pauciores sint, qui boni sunt, & plurimum  
possint, quos minime oportuit Id quod vidit etiam Ho-  
merus, quanquam coecus, cum ait τὰ χερσονέα νησῖα. Quis  
nescit enim in Capniomia Caussa p' quas larvas res acta  
sit, cum facultas etiam diceretur decreuisse. Septem, ni  
fallor ad summū, & in his monachis aliquot conuenerat,  
qui, sicut ipsi loquuntur, representabant facultatem. Quid  
si idem hic accidit? Quanq' non refert qui decreuerint,  
quid decretum sit, considerandum est. Nec angelis Eu-  
gelium viciantibus cedendū esse iuber Apostolus. Nos  
insulīs istis, & bene pinguibus magistris nostris, qui ne  
sua quidem parua logicalia recte didicerunt, cedemus.  
Apostolum nec potestates nec principatus ab Euange-  
lio auellunt, nos auellant hæ hominum larvae: quid em-  
sunt præter larvae? Valeat nomen magistrorum nostrorum,  
valeat nomen Parisiensium, sed in suis scholis, in repub-  
Christiana nihil valeat præter vocem Christi, quam qui  
non audit, 's Christi non est.

**N**on referebat admodum respondere, quādo p̄te-  
nudas propositiones nihil opponitur Lutheri, qui sua  
sic vndiq' scripture cōmuniūt, in primis autem in libello  
quē inscripsit ad assertionē articulorum a Leone. X. dam  
natorum, ut impia iudicari, nisi ab impijs non possint. Ta-  
men indicare paucis libuit vnum aut alterum locum, ex  
quo æstimare reliqua, & iudicare de toto decreto libe-  
rius possis.

**P**rincipio, nisi alicuius conductitiij rhetoris est Episto-  
la, quam p̄fixerunt decreto, nō egregie ineptiū theo-

Iogus ille, quisquis est, qui scripsit, quæ nihil præter mis  
Hebres quasdam furias continet. Qualia enim quælo sunt  
solus uult sapere, contemnit nos. Manichæus est. Moni  
canus est, insanit. Coherceatur igni & flamma, quod non  
sinit ira congrue dicere. Porro hic etiam vulgaris cōmu  
nem sensum in ista ficticia facultate desiderabit, q̄ igni  
potius perdendum ait, quam ratiōe vincendum esse Lu  
therum. Quis non rideat hic muliebrem & plane mona  
chalem impotentiam. Et cum suppōrtatione liceat mihi  
monere spectabilem dominum Decanum, Parcatis dñe  
Decane, vos estis iam iratus. Num ignoratis, quod ait  
Poeta. Furor iraq̄ mentem precipitat. Nusquam p̄ gra  
tias sic ineptierunt vel Colonien̄, vel Louanienses, vt p̄  
pemodum credam non omnino temere dictum esse a qui  
busdam veteribus, cerebro Gallos carere.

**A**ccusant hæreseos Lutherum, non q̄ a scriptura, sed  
q̄ ab vniuersitatibus, S. patribus, Cōcilij dissidentiat. De  
inde prima principia fidei vocant Vniuersitatum, S. pa  
trum, Conciliorum sententias. Hic ego vestris etiam de  
cretis, si res est obscura, vobiscum agere possem. Quid  
autem manifestius est, quam nec Vniuersitates nec S.  
patres, nec concilia posse articulos fidei condere, quan  
doquidem fieri potest, vt errent, non modo Vniuersita  
tes, sed & S. patres & Concilia, quod si mihi non credi  
tis, Occhamo saltem vestro credite. Ecquid igitur prin  
cipia fidei vocatis hominum opiniones? Quis ignorat a  
Paulo dictum esse, fundamentum aliud ponи non posse,  
præter id quod positum est, loquitur enim de doctrina.  
Ecquos nouos articulos fidei Magistri nostri Parisien  
ses addent: nisi suos illos fortasse rancidos, & in popinis  
natos articulos, iam cū articuli fidei nulli sint, nisi quos  
præscriperunt sacra litera, cur impium est vel a Cōci  
lij, vel ab Vniuersitatibus, vel a S. patribus dissentire,  
modo a scriptura non dissidentiamus? At non dissentit a scri

9.

ptura Lutherus etiam vestro iudicio, cur igitur impleta  
tis accusatur? At dissentit a scripturæ expositiōe, quę ha-  
ctenus per patres, per Concilia, per scholas recepta est.  
Hæc est, vt video, cōtrouersiæ summa. Hic ego Magistri  
nostrī, interrogō, ita ne sit prodita scriptura, vt sine Con-  
ciliorum, patrum, ac scholarum expositione, certa ei⁹ sen-  
tentia colligi possit, an non? Quod si negabitis, certam p  
sese scripturæ sententiam esse, sine glossis, non video cur  
oportuerit ediscripturam, si noluit sp̄ritus sanctus certo  
constare, quid nos sentire vellet. Aut cur omnino nos ad  
scripturæ studium inuitant? A postoli, si incerta est ei⁹ sen-  
tentia. Quid quod eatenus sibi credi patres volunt, qua-  
tenus per testimonia scripturæ sua communierūt? Quid  
quod etiam vetera concilia sine scriptura nihil decreue-  
runt? & hac ratione inter concilia vera & falsa discerni-  
mus, q̄ hæc cum scriptura euidente cōsentiant, illa a scri-  
ptura dissentiant. Proinde dabitis mihi certam esse scri-  
pturæ sententiam ac perspicuam, ita vt ipsa, si quis alicui  
bi locus est obscurior, sese exponat, præsertim in ihs que  
sciri crediq̄ voluit sanctus sp̄ritus. Voluit autem haud  
dubie legem cognosci, vt quā iubebat ædium uestibulis  
inscribi, & insculpi vestium simbris. Voluit item cogno-  
sci Euāgelium, hoc est, rationem iusticiæ donatae p Chri-  
stum. Nam cum debeat esse petra, ybum dei, cui innitat  
anima, quæso quid sentier de eo, nisi certum sit, q̄ sit sen-  
tentia sp̄ritus dei. Iam cum certa sit scripturæ sententia p  
sese, debet præferri nō modo scholis, aut patribus, sed et  
concilijs diuersum sentientibus. A postolo ad Galatas au-  
tore, Si angelus de celo euāgelizet, pterq̄ quod euāgeli-  
zauimus vobis, anathema sit. Liceat igit̄ Lutherο oppo-  
nere certa scripturæ sñiam concilijs, patribus & scholis.  
Quid hic Sophistæ rñdebitis? q̄s hic nobis glossas, q̄ pua-  
logicalia? q̄s obligatiōes cōminiscem̄? Aut negate cer-  
tam esse scripturæ sñiam, aut permittite Lutherο oppo-  
nere scripturam quibusvis diuersum sentientibus.

**N**iam nec hoc permettemus uobis, aduersari vel patribus, vel concilijs Lutheri. Et, ut de patribus primum loquar, an non Lutheri de liberio arbitrio, de gratia, si recte rem astimes, sententia tota Augustini est: Et hunc per omnia secutus est in cōmentario ad Galatas, extant viri usq; cōmentarij, quos si conferas, videbis conuenire inter eos de rerum summa. Extant Augustini libri aduersus Pelagianos, quos ille iam natu grandior scripsit, eos si cōtuleris cum Lutherianis dogmati, videbis de summa rei conuenire. Fortassis alter alicubi quiddam dixit argutius, & multa Lutherus diligenter rumpite vos in genere magistri nostri, quā August. Sed hoc ad rei sumam non ita multum facit. Ecce in primario loco, adeo q; in eo, in quo potissimum regnat Lutherus, habet οὐαό λύφον Aug. & patronum minime vulgarem. habet item suæ sententiae testes, quotquot in ea disputatione Aug. suffragātur. Suffragatur autem Cypria, nam illius enarrationem in orationem dominicam fideliter citat. Suffragantur & qui post Aug. scripsere. Autor libelli de vocatione gentium, nam Ambrosij non videtur esse, Maxentius apud græcos. Porro ex Aug. libris eos recipimus, quos ipse potissimum probari voluit. Atq; hæc ideo recenseo, non q; magni pitem referre, quid scriptores senserint, quicunq; tandem sunt, quando de scripturæ sententia cōllat, sed vt satisfaciā morosis, qui putant nouasse omnia Lutherum, cum is aliud non egerit, quam vt revocaret nos ad scripturam, adeo q; ad patres etiam, q; ad scripturæ sensum proxime adcelerūt. Vos quid agitis? num aliud, quam vt in Scoti formalitatibus, in Occhami cēnotatis grandescant potius quam in Christo, Christiano; animi; Nec aliter exorienti Euangelij luci (audite Sophistę, non intellectur) aduersamini, atq; Mosilani ac Mambres. Quorū posteritas est Sorbonæ familia, nempe ex illa Sorbonitide Aegyptiaca prognata. Porro qua fide aliquoties citaueritis aduersus Luther;

S.

Augustini sententias paulo post monebo. Iam & praefer  
locū de libero arbitrio & gratia, veterum est, quod non  
vult distingui Lutherus legem in consilia & præcepta.  
Quod cōmentum soli scholasticae theologiae debemus,  
quæ vbi cœpit diuinam legem ad philosophiam Aristote  
telis exigere, pro libidine refixit quas uoluunt leges dei.  
Quis enim ueterum non pro necessarijs legibus habuit,  
ea quæ sancta sunt de non vindicando. Hilarius, **E X I**  
**G V N T**, inquit, Euāgelia uincend æ iniuriaæ dissimu  
lationem. Augustinus in sermone domini in monte, præ  
cepta vocat, quæ isti consilia atq; ita disputat, vt necessa  
riam esse legem de non vindicando adpareat. Et in hac  
sententia est Chrysostomus, qui tantum abest ut vindici  
cari permittat, ut nō aliam legem exigat pertinacius. Ex  
rat illius διαλογία, quam si licet uobis per parua logicalia  
Magistri nostri, relegite. Quod cum Aristotelis philo  
sophia non conuenit lex, non laboramus. Quid enim ad  
nos quid ille impurus homo cōmentus sit? Num Christo  
pluris Aristotelem faciemus? Sed de hac lege infra  
paulo plura disserēmus. In plerisq; locis alijs idem ostendit  
potest, conuenire Luthero cum veteribus. Sed cum  
ex sententia de libero arbitrio & gratia, fere colligi pos  
sint, quæ de cōtritione, & satisfactione scripsit Lutherus,  
quid attinet multis patrum testimonij agere, nisi quod  
**IV TR. μεταμόρφωσις λύχνου.**

**C**Sunt autem quædam in Lutherianis, quæ in patrum  
scriptis non facile reperias, qualia sunt quæ de sacramen  
torum numero, de confessione, de votis, decq; similibus  
temporum nostrorum cauissimis prodidit. Non enim illorū  
temporum ratio ferebat, & adhuc purior erat Christiani  
tismus, vt de paucioribus, quā nunc dubitaretur. Non  
dum habuerat ea ætas Pontificum tyrannicas leges, nō  
dum habuerat Magistros nostros Parisienses, adeoque  
articulos Parisienses, q; Euangelium adeo obscurassent,

Fortasse meridies erat Euāgeliū, nunc vesper est, & vna  
cum peccatis nostris, etiam cōcitas peccatorū nostrorū  
atrocissima poena, mentes occupauit, quæ pro Euāge-  
lio humanas doctrinas, Sorbonę Theologiam suggestit.  
Eam pœnam his temporibus an nō ubiq; interminatur  
spiritus domini in prophetis? Et Paulus ait fore, qui a fi-  
de discedant, qui corrumpant humanis doctrinis Euā-  
gelium, & hoc genus multa. Hi nisi sunt Sorbonæ theolo-  
gi, non intelligo quid velit A postolus.

**V**ides lector conuenire magna ex parte Lutherū cū  
Theologis veteribus. Quāto iustius igitur in magistros  
nostros Parisienses retorserimus, ineptire eos, qui theo-  
logiam nobis præscribunt, ne per somnium quidem ce-  
leberrimis Ecclesiae doctoribus cogitatam? Quod si im-  
pietas est refragari patribus, nemo magis impius est Pa-  
risiensibus disputatoribus, qui in principalibus Theolo-  
giæ locis, velut ex diametro cum patribus pugnant. Bo-  
na patrum pars peccatum vocat & vitiū, quid quid sine  
spiritu Christi fit. Hi nō modo non peccatum, sed & me-  
ritum cōgrui cēsent esse moralia quædam (sic loquunt)  
opera. O cæcitatem! Bona patrum pars negat posse le-  
gem fieri ab homine per uires humanas, hi distinguunt  
Audi lector Parisienses blasphemias, posse legem fieri,  
quo ad operum substantiam, non posse, quo ad præcipi-  
entis intentionem. Quasi vero præter substantiam operis,  
amplius aliquid requirat legislator, Utinam mihi Par-  
sienses ista coram uobiscum, in vestra illa Sorbona, dare  
tur cōmentari, vt viderem, num vos tam crassi, tam puti-  
di, tam Sorbonici cōmenti puderet etiam. Vestra est illa  
Magistri nostri, nō Lutheri Theologia, quæ a patribus  
dissentit. Ad vos Tragica ista vestra pertinent, impios  
esse, qui ab Ecclesiae doctoribus variant..

**E**t hactenus quidem de doctoribus. Nunc conciliavi  
deamq; Quibus tandem concilijs refragatur Lutherus?

6.

Videri vultis Lutheri doctrinam veterum concilij damnatam, cum ex eo Montanum, Manicheum, Hebionem & quid non facitis. Hic aut rhetoricari voluit Epistolæ & aut nihil est Sorbona Parisiensium malignius, tu autor, aut nihil est Lutherum congesserint, quis est qui non olfaciat, nepe Lutherum odiosius Lutheri nomen fieret. Deinde id quam maligne factum sit, facile deprehendent etiam mediocriter eruditii. Nam quod Montano confertur Lutherus, quis non videt, quā non fiat candide? Sibi credi volebat Mō tanus, & fidebat suo quodam spiritu. Luther⁹ nihil vult sibi credi, sed euidenti & perspicua scriptura. Nihil de suo spiritu, sed de scriptura iactat. Quanto propius ad Montanum vos adceditis, qui vultis ut spiritui hominū, concilioꝝ, patrum, & vniuersitatum credamus, potius quam scriptura. Immo nihil nisi Montani estis, vos Parisienses Sophistas volo, qui hoc decretum sine scripturis edidistis, factisq; vos fidere A postolico more, quatis constet eundem esse spiritum vobis, qui A postol⁹ erat. Sed de his postea.

**C**Quæso te Christiane lector, nunquid putas esse Christiani spiritus in Sorbona illa, quā adeo nihil pudet mētiri. Nam cum palam sit ipsimet Sorbonæ nihil conuenire inter Montanum & Luther⁹, audet tamen Montani nomine optimum virum infamare. Iam & Ebionem ex eo fecit, nihilo vel candidius, vel cautius. Exigebat Ebion ceremonias, leges. Lutherus non exigit, sed liberas esse permittit, ut quiuis pro opportunitate, ac caritatis officio se attemperet vel inseruat legi, vel negligat citra culpā. Nam ita sentiebat & Paul⁹ in ultimo ad Galatas capite exequans ceremonias, ritusq;. In Ch̄o Iesu necq; circuncisio aliqd valet, necq; p̄putiū, sed noua creatura. Et in pri. ad Corint. vii. Circuncisus aliquis vocatus est, nō adducat p̄putiū, id est, si inter legis obseruantes vocatur, inserui eorū consuetudini. In p̄putio aut̄ aliquis vocatus

est, non circuncidatur. Circuncisio nihil est, & præputium  
nihil est, sed obseruatio mandatorum dei &c. Satis, oper  
nor, perspicuum est, quid inter utrancq sententiam inter/  
sit, satis etiam puto liquere, quam candide Lutheri sen-  
tentiam ad Ebionis hæresim detorserint. Etusmodi est  
item, quod Manicheum nomen tribuunt Lutheru, idem  
Augustino Pelagiæ tribuebant, sicut ipse testat in pri-  
mo libro aduersus duas Pelagianas Epistolas, in capi-  
te secundo, sic enim distinxit scriba quispiam. Non pu-  
debit Lutherum eius conuicij, siquidem cum Augusti-  
no cœ habet, quod non habuit Manichea factio vehemētio  
rem hostē, Pelagiæ, immo Pelagianis impuriores sunt  
scholasticæ theologie scriptores, quod nō est, quod miremur  
cur Manicheū uocetis Lutheru, quod propter scholastica, hoc ē  
bis Pelagiana nihil sapitis. Et August. vt excusat Mani-  
cheum nomen, nō est obscurum ex A pologia aduersus  
Pelagianas Epistolas. Atque eo loco de seruitute volun-  
tatis aptius differere videtur, quam ubi cum Felice Ma-  
nicheo disceptat. Patrocinabitur idem si recipitis & no-  
bis. Quod si adeo coeci sunt Magistri Parisienses, vt se-  
rio arbitrentur nihil interesse inter Lutheru ac Manichei  
sententias, quid quæso hoc hominum genere cecius est.  
Rursum si per malitiam tribuunt, quæ ad eum nihil  
pertinere intelligunt, quid malignius? Est autem Mani-  
chea sententia prolixior, quæ quæ hic recenseri debeat,  
quod toro doctrinæ genere dissentiat a Christianis dogma-  
tis, si quid Augustino illius dogmata passim recensenti  
creditur. Et, quod ad hanc causam adtinet, sic Maniche-  
us negabat humanæ voluntati libertatē, vt negaret esse  
substatiā quæ renouaretur, adeoque libertatis capacem.  
Lutherus ita negat libertatem, vt esse censeat substantiā,  
quæ dominus per spiritu renouatur, a seruitute adseritur.  
Ex his facito lector de reliquis conjecturam. Nam qua  
fide hæc quod cōmemorauit ad Lutherū detorta sunt, eadē  
& pleraque alia. Redeo nunc eo unde digressus sum. Pa-

A.

Iam est veterum concilij non esse reprobata Lutheri doctrinam, siquidem ei usque adeo nihil cum haereticis contulerit. Quanquam hoc etiam loco considerandum erat, ut maxime conueniret cum illis Lutheru, quid, qua ratione in singulis factionibus haereticorum damnatus sit, Nam que tam deplorata fuit heres, quae nulla in re non peccari. Iam haec omnia ita scribo, non quod velim eam etiam priscis synodis auctoritatem esse, vt si opponat eundem scripturam Lutherus cuiuscum Synodo, de scriptura cedendum sit, sed ut moneam lectorem quantum trahicis illis Magistrorum Parisiensium vocibus credendum sit, Lutherus damnat omnia concilia, sanctos patres, Montanum est, Ebion est, Manicha est, Arianoyrita est, & hoc genus alia.

**D**Uerunt autem Papistica concilia aliquot intra hoc tempus regni Antichristi Romanii, his refragari se fatet Lutherus, sed praevante scriptura evidenti. Et cur non refragaretur, quando in illis tam multa impia aduersus Evangelium constituta sunt. Claves ecclesiae esse omnibus communes negat Viennense concilium. Ecclesiam esse per destinatorum uniuersitatem, negat Constantiensis Synodus. Eadem decreuit esse quaedam bona opera preter gratiam, quae sententiae ex diametro pugnant cum Evangelio. Aduersatur igitur concilium Lutherus Christo duci, aduersus quem qui decreuerunt, non erant Christi ecclesia, sed Antichristi. Nihil ne peccauerunt ea synodis Lugdunensis credo & Viennensis, quae Pontificum Episcopos ad probarunt; in quibus vel cap. ad abolendam. Item. c. Venerabilem, quis ferat? Quid est igitur quod concilia factatis Sorbonae Theologici nihil nisi Sorba, Negare non potestis, quin aduersum scripturam nihil licet constitui, & reuelli posse, si quid contra illam sit decretum. permittite igitur Lutheru conciliorum decreta ad Euangelium exigere, permitte preferre Euangelium, si quid diversum constitutum est. Verbo dei etiam an-

gelos cedere par est, cedat & portę inferore, cedant ho  
munculi, quibus constitutiones Papisticas debemus.

**D**e Vniuersitatibus non est quod laboremus, nam o  
mnes scholas esse hæreticas vel Theologia scholastica  
coarguit. Hic conclare Magistri nostri Blasphemauit  
Gymnasia hæreleos accusat. Recte, sicubi profitentur, q  
ab Euangelio dissentunt, & dissentit Parisiorum scholasti  
ce, quæ iam sola in omnibus fere Europæ scholis regnat,  
ac Luteciae potissimum. Proinde nihil est, quod mireris  
lector, cur Academijs aduersetur Lutherus, dominis  
mendacijs, vt Micheas adpellat. Sed quis credat, inquies,  
tot errare. Errant quotquot diuersum a scriptura docet  
quotquot illam impiam scholasticen probant. Sed tam  
multe Maxime. Nam & in Samaria inter quæ multos sacerdo  
tes Baal, quam pauci erant Heliæ. Propone oculis vni  
uersam tum Iuda, tum Samariæ historiam, in qua præl  
sum est Ecclesiæ, quæ paucos prophetas, quæ multos Idolo  
latras, & postremo tpe quantū Zadduceorum & phariseo  
rum, hoc est, sacerdotum, ac monachorum & scholasticorum  
reperias. Num obscurum est, quod ab Ezechiele prophe  
ta dictū est Sicut mater, ita & filia, Imitati sumus immo vi  
cimus omnia Synagogæ portenta, vt præ nobis etiā illa  
pia videri possit, vt prophetæ sermonæ utar.

**I**ntelligis opinor, quantum Lutero cum patribus, ac  
concilijs conueniat, cum scholis religio verat conuenire.  
Nunc considera quid sapient Sorba ista, cum principia  
fidei vocant, patres, Synodos, & scholas. Quidq; nisi nihil  
video, nō hoc dolet, q; patribus & Synodis contradicunt,  
sed q; scholastica parum digne tractatur. Hæc illa Hele  
na eit, pro qua decertant Magistri nostri. Ecquid nō ita  
scribebatis in illa vestra plane Sorbonica p̄fatione?  
Nos sumus Magistri nostri, & profitemur scholasticam  
theologiam, nihil neq; nobis cum scriptura, neq; scriptu  
ra nobiscum. Actum est de regno nostro, nisl e Synago  
ga eiecerimus, qui scholasticen nō recipiunt. Omnia no

bis mouenda miscendaq; sunt, ne cadat scholastice, quæ  
nisi salua sit, nos perierimus. Esto, cum scriptura, cum ve-  
teribus patribus, cum veteris synodis conueniat Luther-  
o, pereat, nisi rejectis illis, nos adoret, Principia fidei nos  
sumus, nō scriptura. Neq; vero pugnandū est ratione cū  
homine illo, nempe principia, hoc eit Magistroꝝ nostro  
rum Sorbonicoꝝ somnia, negante. Vapulet, pereat, qā  
negat prima principia. Dementia erat vocare fidei prin-  
cipia Synodos & patres, quādo fundamentum aliud p̄  
ter scripturam ponī non potest. At insolens furor est,  
Sorbonicoꝝ cōmenta scripturæ anteferre. Hæretic⁹ nō  
sit, q; a scriptura dissentit, sit hæreticus qui dissentit a Sor-  
bis gallicis. Sed valeant ineptiæ, quid enim attinet in re  
tam manifesta tñ uerboꝝ perdere? Quid enim manife-  
stus est, quam quod paulo ante diximus. Perspicue scri-  
pturæ, synodoꝝ quarumcunq; patrum, & scholaꝝ sen-  
tentias debere cedere.

**Q**uin cetera in illa Sorbonica epistola psequimur. Is  
cui credet, inquiunt, quiecclesia Catholica fidem habe-  
re detrectat, aut quomodo catholicis adscribet, qui Eccle-  
siam non audit, cū ex ore veritatis dictum sit. Si ecclesi-  
am nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Que  
nam ne gallicam? At ea esse Christi ecclesia qui potest,  
quæ a Christi verbo aliena est, cum vocem ille suam te-  
stet ab oībus suis agnoscat. Nos ecclesiam vocam⁹, ex  
que verbo dei condita, verbo dei pascitur, alitur, fouet,  
regitur, breuiter, que omnia ex Euangelio comparat, de  
omib; iuxta Euāgelium iudicat. Nam, qui ex deo est,  
verba dei audit. Rursum qui non audiunt, non sunt ex  
deo. Et cum ecclesia diuino sermone parta sit, haud du-  
bie eodem alenda est. Agnoscat vos Lutherus pro Ec-  
clesia, si sermonem dei docueris, non agnoscat, si nihil  
præter fatuos & rancidos articulos vestros produixeris.  
Audit Ecclesiam, sed eam quæ verbū dei profiteretur,

**M**us se iudicio subiicit, quæ nihil non exigit ad verbum dei, quæ iudicium sacrarum literarum non Sorbonicos somniorum sequitur. Quod enim monstrum fuerit ecclesia, si ad cuiusvis Sorbonici somniatoris commentum uariatur. Quis Chamæleon, quis Polypus, immo quis Proteus erit mutabilior?

**C**lam cum diceret Christus. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, an nō volebat aduersari coram Ecclesia sotem, volebat & per testes cōuinici, volebat iudicari secundum pr̄scriptum, adeoq; Euangelium. Vos priusquam aduersaueritis Lutherum, conuiceritisque per scripturas, damnatis. Nudi quidam artifici sine scriptura, sine rationibus proponuntur, in quibus iam non accusatur, sed damnatur avobis Lutherus. Num, vt reliqua valeant, sola Sorbona ecclesia est q; excludit Lutherum e communione piorum. Aduersare debatis, non dānare. Scripturæ testimonia debebatis subnotare, non nudos articulos proponere, ac iudicium Ecclesie permitttere. Nunc vos peruerso ordine tum diuini tum humani iuris, non accusatis, non conuincitis, sed damnatis tantum. Nempe quia estis magistri nostri Sorbonici. Pudeat tandem Sorbonæ Galliam tam impie delirantis.

**C**ed n̄ ego vehementer ineptus sum, qui tam irreuerenter Sorbonam traxi, nouos hoc tempore gignentē Apostolos. Aiunt enim Apostolorum exemplum se imitari Magistri nostri, cum nudas quasdam sententias, citra scripturæ autoritatem proponunt. Atq; utinam nobis non hac tantum parte referrent Apostolos. Scripturarum autoritatem Christus citat, & sibi vult fidem haberi propter scripturæ suffragatiōem. Paulus prope n̄ hil nisi aliena verba, hoc est, scripturæ veteris testamenti sonat, Apostolorum conciones quid aliud sunt, nisi testimonia de Christo repetita ex veteri instrumento; Soli

9.

Sorbonæ sine scripturis credemus? Prodite vos e Sorbonico specu Magistrinostri in hanc lucem, ut nunquā oculi, nūcqua frons sit tam ineptis hominib⁹ videam⁹. Scilicet apostolicum institutum est, prodere dogma sive testibus, cum ne Christus quidem sine scripturis sibi credit voluerit. Quin conferimus Apostolorum factum cū Sorbonico & Proposita de legis ritibus quæstio erat, ut in cap. X. V. gelior⁹ Apostolicor⁹ scribit. Ibicū varijs testimonij⁹ scripturæ & manifestis argumentis ac signis spiritus significasset, gentes non esse onerandas iudaicis ceremonijs, decretum est de libertate. Hic vos interrogatio magistri nostri, quibus signis, quibus scripturæ testimonij⁹ adacti, de Luther⁹ pronunciaueritis. Quanquam ne signis siquidem temere credemus, scripturæ tantum credimus. Deinde diliguntur, qui Apostolorum mandata perferant viua voce, confirmenç⁹ ecclesiæ fidem. Vos quem mittitis ad ecclesias, qui illis rationem sentiæ veltræ exponat. Postremo addunt ep. stolam, in qua spiritu sancti testimonium adlegant, cum aiunt, Vifsum est spiritui sancto & nobis. Vos quem spiritum adlegatis? Audite tādem vos surdæ aspides, quem spiritum orbis terrarum testem adlegatis vestre doctrinæ? Spiritum dei allegant Apostoli, nempe quibus certo constabat p scripturam de voluntate spiritus diuini. Iam & ecclesiæ constabat de Apostolico spiritu. Nos de spiritu vestro quid sentiemus? Quid si vobis aliquis dicat, quod ille in actis, Iesum & Paulum noui, vos autem qui estis? Quid & non ita scribebant Apostoli, quanquam spiritus testimonium citare fit, ut putarent satisfactum rei tantæ, per nudam Epistolam, sed addebant nuncios, qui confirmarent ecclesiæ sermonem copioso. Nūc ecclesiæ sermonem, non dogmata requirunt. Et Petrus vult Christianos patratos esse, reddere rationem fidei suæ. Id nunc orbis terrarum uos quoq⁹ Magistrinostri postulat. Iam ante pa-

Iam erat in scholis quid sentiret Lutecia. Extat enim vestri cōmentarij, extant scholasticæ disputationes. Nunc ratio illius vestrae doctrinæ queritur. Nam articulos illos aduersus Lutherum vel in media Germania potuisse puer aliquis e Gabriele aut Scoto sublegere. A deo nō est obscurus quid sentiat Lutecia. sed obscurum est, cur ita sentiat Rationem vestrae doctrinæ poscit Lutherus, non dogmata, nempe, quæ nisi nosset, nō damnaret. Atque vitam ad cor redeatis, cogiteisque de maioribus rebus a Luthero agi, quam de quibus vel Parisiacæ scholæ, vel Lutero citra scripturæ testimonium credi debeat, aut possit. Qui Luthero faveat, ideo faveat, quia reiectis hominum cōmentis vident aliud nō docere, quam quod ipse prodiderunt sacræ literæ. Idem vobis credet, si conuenire intelliget cum scriptura, quia Christum requirunt tum a Luthero, tum a vobis. Arbitramini vos habere vasa certi sicut David. sic enim propheta loquitur, sed vobis tantum, id est intus, canitis, Lutherus cantum suum, hoc est doctrinam approbat toti orbi Christiano per scripturæ suffragia. Nihil ista ad Christianos, Magistri nō sumus, Parisienses sumus, Sorbonici sumus, Parentes omnium diatribare sumus. Nam vana nomina sunt, ad quæ iam penitus obsurduit Germania. Proinde hortor, ut si impietas notam excusare vultis, ratione vestri de Lutheruſ iudicij exponatis. Cōferte cum Lutheranis, non dogmata, sed argumenta dogmatum vestrorum, nisi Christiani habent non vultis. Declarate aliquem quo spiritu a Sorbonicis Apostolis damnatus sit Lutherus. Id non modo nunc exceptat Christianus orbis, sed & postulat ture Christiani officium, ut doceatis, quid, cur, damnaueritis.

**C**est ut finiam aliquando, in uno atque altero loco visum est ostendere, quæ inscrita sacrarum rerum, quæ impietas Sorbonæ. Nam inde facile reliqua testimoniari poterunt, Lutherus sic de libero arbitrio scripsit. Non pos-

se illud citra gratiam aliud quam peccare. Nota res est  
& plana si scripturam consideres. Sic enim ait Apostolus  
Ius Paulus. Adfectus carnis inimicitia est aduersus deum  
Legi enim dei non est subditus, neque enim subdi potest. Qui  
in carne sunt, deo placere non possunt. Et Iohannes. Qui non ex  
sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate  
viri, sed ex deo nati sunt. & scripturam secutus Augustinus.  
id. in agit aduersus Pelagianos, hoc est, Sorbonicos So-  
phistas, non uno loco. Hic Sorba ista dissimulant scriptu-  
ram, & Augustinus excusat Sorbonico commento, in quo solo  
deprehendes cœcitatatem Sorbonicam. Quod si vñq[ue] dubi-  
tatum est in quo genere literarum aut artuum versaretur Lute-  
tia, id nunc declareret hic locus, in quo palam adpareat, in  
tota ista Sorbonica facultate neminem esse, qui Augustinum  
attigerit. In ipsa scriptura quod possint facile aestima-  
ri potest, quando ne Augustinum quidem vulgarem alio q[ui]  
inter theologos scriptorem viderint. **O** theologos, o  
Sorbonam. Aug. inquit cum de gratia disputat, non  
posse liberas arbitriis bene operari citra gratiam, non de gratia  
faciente gratia logitur. Cœcitas cœcitatum & oia cœcitas.

**D**e qua tandem gratia vir ille dissevit, cum toties in  
vocabulo gratiae variante Pelagiū scribit, testatur se exi-  
gere gratiam iustificantem, seu spiritum sanctum diffusum  
in corda iustificatorum. Dona naturae palam rejecit, spe-  
ciale auxilium Sorbonicum ignorat, qui potest igitur non  
de gratia iustificante loqui. Et ut rem ipsam aestimemus,  
queso vos Sorba Sorbonica, unde gratia gratum facientem  
nominastis? an non inde, quod sola deo conciliat, quodcum  
ita sit, cur sine gratia gratum facientis gratie recipitis, vimvo-  
cabuli non recipitis. Pugnant inter se verba & dogmata  
vestra. Nomen gratum facientis gratie recipitis, vimvo-  
cabuli non recipitis. Sed videamus in quam partem usus sit.  
Augustinus nomine gratie. Possem eius totum librum  
de spiritu & litera adscribere quād nullā pagina est, in q[ue]

non fiat gratiae mentio. Sed hæc sunt eius verba in cap.  
iiiij. de spiritu & litera. Sed ubi sanctus non adiuuat spiritus, inspirans pro concupiscentia mala, concupiscentiam bonam, hoc est, caritatem diffundens in cordibus nostris, profecto lex illa. Non concupisces, quamvis bona, augeat prohibendo desiderium malum. Hic de qua gratia loquitur, cum palam dicat, non posse nisi peccare sine gratia. Non vocat gratiam, caritatem spiritus sancti diffusam in corda nostrar. Et vos Sorbonici quod aliud vocatis gratiam, quam caritatem? Sinite quæsto impertrari a vobis, ut Augustinum non dico relegatis, sed inspicatis tantum. Nam errorem uestrum nulla pagina est, quæ non coarguat. In capite nono de gratia loquentem in lucit Apostolum, cum ait, Iusticia dei per fidem Iesu Christi, in omnes qui credunt. Hæc ad gratuita dona naturæ, aut ad speciale auxilium detorqueri possunt? O vos rudes & vere Sorbonici Magistri nostri, quis deinceps credet vobis vel oculos, vel mentem, vel cerebrum esse, qui in tanta clara luce, tam nihil obscure cœcutitis & hallucinamini? Ego hic per gratias nihil sic miror, atque in tota ista sorbonica facultate neminem fuisse, cui Augustini sententia comperta fuerit. Et vel hoc argumento est, ab uno atque altero sophista editum libellum, nomine facultatis ementito.

**N**e nec maiore fide de Ambrosij sententia iudicant Gallica ista Sorba, cum constet in tota disputatione hoc agere authorem libelli (quisquis est) de uocatione gentium, peccata esse, quæ citra gratiam sunt. Et declarans de qua gratia loquatur, inter alia testimonia hoc quoque producit, quod & in epistola ad Hebreos ex Hieremia citatum est. Dabo leges meas in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, quæ tatum abest, ut vel ad speciale auxilium Sorbonicum vel ad dona gratuita detorqueri possit, ut gratiam per Christum donatam, quam nos gra-

II.

tum facientem vocatis, vix alius scripturæ locus accom-  
modatius describat.

**C** Num adhuc obscurum est & quomodo citarit Au-  
gustinum ac Ambrosium Lutherus, & quid Sorbona  
sapiat, quam hic animaduertimus tam crasse errare, ut  
ne crassius vnquam Louanieñ aut Colonieñ ineptierit?  
O infelicem Galliam, cui tales contigere censores sacra-  
rumq; rerum arbitrii, digniores qui cloacas agant, quam  
qui sacras literas tractent.


**C** Ex hac sententia de libero arbitrio, consequuntur que  
de contritione adeoque in vniuersum de poenitentia scri-  
psit Lutherus. Et o miseros nos qui iam a quadringentis  
fere annis neminem habuimus in ecelesia scriptorem, q  
rectam ac propriam poenitentiæ formam prodidi se.  
Impositum est alijs per ficticias cōtritiones, aliorum cō  
scientiæ sunt excarnificatae per satisfactiones. Nunc tan-  
dem dei misericordia respexit nos, reuelauitq; Euange-  
lium populo suo, & erexit conscientias eorum quos vo-  
uit. Si queris quid contulerit ecclesia Lutherus, habes  
hic summā rei, verā p̄enitentiæ rōnem docuit, vsum itē  
sacramentorū ostendit, qua in re testes multorū consciē-  
tias habeo. Non volo autem hīc de poenitentiæ formis  
aut sacramentis disputare, quando sorba ista damnarēt  
tantum Lutherū, non etiā vicerunt ratione, vel scriptura.  
Statq; veritas Lutheranæ doctrinæ inconcussa & immo-  
bilis non modo aduersus Sorba ista, sed etiā aduersus re-  
ctores tenebrae. Vbi oppugnabunt scripturæ sententijs,  
ea quæ docuit Lutherus, nihil contabitur tueri. Nam  
hanc Lutheri doctrinam de poenitentia, nec ex meo, nec  
fidelium vloq; corde extorquebit illa vis inferorū, ne-  
dum Sorbonica, aut Papistica.

**C** De lege & concilijs quid attinet iterū monere, cum su-  
pra offenderim plane hac parte conuenire Luthero cum  
veteribus. Tamen ut uideas quam fortiter dispergent de-

lege diuina sorbonici sophistar, libuit ad eum locum ve-  
luti postliminio redire. Lex aiunt de nō vindicando est  
nimium oneratua legis Christianæ. O impios sophistas  
qui onus legis ab Aristotelica philosophia aestimatis. An  
nō onus est naturæ, lex de nō concupiscentio, est igitur  
abroganda secundum sorbonicos sophistas. Onerilex est,  
de diligendo solo deo, est igitur abroganda. O insanos,  
o impios homines, ad vos pertinet quod dictum ē. Qui  
solueritvñ de minimis mandatis, minimus erit in regno  
cœlorū. Et cur non idem cogitabatis cum de satisfactio-  
nibus præciperetis? Num illæ non sunt oneri adstictæ p-  
sese conscientiæ sed & noua onera cōminiscimini, & ea q-  
diuinitus imposita sunt abrogatis. Sic decet vos imple-  
re propheticas scripturas. Confirmare impiū, & contri-  
stare cor iusti. Atq; vt omissis multis breuiter doceā exi-  
gi ne vindicemus, nō consuli. Locus est apertus in. i. ad  
Cor. cap. vi. Jam quidem omnino delictū est, q; iudicia in-  
ter vos habetis. Quod si delictū est repetere rem iudi-  
cio, nō dubitū est quin exigat lex, ne vindicemus.

**H**æc monere te Christiane lector volui, ne a Lutherana  
doctrina absterret sorbonæ autoritas, quæ quid sa-  
piat, ex uno atq; altero loco hic cognosti. Et ex his quos  
adnotauimus, reliqua aestimabis. Est enī sui similis sorbo-  
na, Christianum inter fabros citius quam in isto genere re-  
perias. Tuum est interim vna mecum postulare Luteci-  
am rationē sui iudicij, quam vbi ediderit, de nostris nos  
quoq; copiosius differemus.

**Vale.** **Vittemberge.**



1862726